



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118588**

§. 141. Montpenseriae Ducissae monitum Reginae Matri datum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](#)

**Sæcul. XVI.** catus irrumpere, si que invaderetur,  
A C. 1560. stricto ense vitam suam tueri statuit;

Enimvero intrepidus, simulque officiose Regem salutans ejus cubile ingressus, coram Franciso II. comparet, ejusque dexteram submisse exosculans, quid Rex proponere vellet, tranquille excipere statuit: ast Franciscus Rex vel animo concidens, vel pœnitentia datus signum antea pactum dare omisit, quapropter Navarræ Rex sanus, & incolumis e regis cubili reversus est. Ceterum Thuanus celebris Historicus, postquam hoc facinus retulerat, hæc verba subjungit: *Certe qui hæc memoriae prodiderunt (nam ut vera, ac certa minime affirmaverim) addunt, Guisium, cum Rex cubiculo egredieretur, indignabundum in hæc verba prorupisse, o hominem timidum, & recordem!*

### §. CXLI.

*Montpenseriae Ducissæ monitum Reginæ Matri datum.*

*Thuani. l. c.*

Interim Regina Mater haud levibus angebatur curis, Guisanorum potentiam popularibus studiis suffultam verita: augebatur etiam ipsius timor Montpenseriae Ducissæ monitis, quæ præsenti rerum vicissitudine opportune usq; Reginam hortabatur, ut mature vim, opesque Guisanorum Principum frau-

Sæcul. XVI.

A.C. 1560.

frangere studeret, nec expectaret, do-  
nec per Navarræ Regis, ac Condæi  
Principum æmulonum cædem eorum  
potentia adhuc magis cresceret, cum  
inutilis foret Matri auctoritas Filii, si  
eo in Guisianorum potestatem redacto hi  
solidi rerum summa potiantur, totumque  
Regimen sibi vendicent: quapropter po-  
tius in id incumbat, ut Gallicam Nobili-  
tatem in regni subsidium, atque ad li-  
bertatem tuendam, necnon ad firman-  
das res adversus perniciosas eorum fa-  
ctiones incitaret, hancque in rem Mont-  
morentium Connestabilem, ceterosque  
a Guisib[us] injuria affectos sibi conjunge-  
ret, ut hi, si quid a Guisib[us] Principibus va-  
lidius tentaretur, arma eisdem infer-  
rent: imo etiam, quod postremum est  
malorum remedium, Germaniæ Prin-  
cipes ruenti Franciæ Regno in opem  
advocare minime dubitaret. His Du-  
cissæ sermonibus accensa Regis Mater  
Catharina crebra cum amicis suis col-  
loquia habuit, ac præprimis Hospita-  
lium Cancellarium, cuius maxime con-  
siliis utebatur, sibi devincire studuit,  
eundem adhortata, ut se Guisiorum  
conatibus opponeret, regisque Juvenis  
auctoritatem tueretur, ejusque Matri  
dignitatem sartam conservaret.

## CXLII.